nime quoniam benigna est miseri

cordia tua secundum multitudinem

miseracionum tuarum respice nos

do mine Saluum me fac deus

quoniam intrauerunt aque usque ad

animam meam

Collecta

Omnipotens sempiterne Gloria ... deus par
ce metuentibus propiciare supplicibus et mit
te digneris sanctum angelum tuum de ce
lis qui benedicat et sanctificet cineres
istos ut sint remedium salutare omnibus
nomen tuum humiliter implorantibus ac se
metipsos pro consciencia delictorum accusantibus
atque ante conspectum diuine clemencie tue
facinora sua deplorantibus uel sincerissi
ma pietate tua obnixe flagitantibus
presta quesumus per inuocacionem sanctissimi nominis
tui ut quicumque eos super se pro redempcione
peccatorum suorum asperserint corporis sanitatem
et anime percipiant medelam. Alia benediccio

Deus qui non mortem sed penitenciam
desideras peccatorum fragilitatem condicio
nis humane benignissime respice et hos
cineres quos causa proferende humilita
tis atque promerende venie capitibus nostris im
poni decreuimus benedicere pro tua pieta
te digneris ut qui nos cinerem esse et ob
prauitatis nostre meritum in puluerem re
uersuros esse cognoscimus peccatorum omnium veniam
et premia penitentibus repromissa misericordi
ter consequi mereamur. Item alia

Deus qui humiliacione flecteris et satis
faccione placaris aurem tue pietatis
precibus nostris inclina et capitibus seruorum
tuorum horum cinerum aspersione contactis
effunde propicius graciam tue benediccionis
ut eos et spiritu compunccionis repleas et que
iuste postulauerint efficaciter tribuas
et concessa perpetuo stabilitate mane
re intacta decernas. Item alia

Deus qui teguminе induitus nostre mor
talitatis ob culpam prothoplausti
humanum genus ad yma dimersisti pie et
misericorditer redemisti benedic hos
cineres quos plebs tua obsecracionum
sue infirmitatis et culpe humiliter susci
pit ac memorare nostre substancie et
recordare quia puluis sumus ut per hoc
indicium humilitatis fructus dignos peni
tencie ueniamque celer et eterne gaudia
uite te largiente ualeamus percipere Ant.

Aspergatur cinis

Exaudi nos domine quoniam

benigna est misericordia tua secun

dum multitudinem miseracionum tua

rium respice nos domine. ꝑ Salvum me fac deus quoniam intraverunt a que usque ad animam meam. Gloria

Venite dicat sacerdos. Oremus. Collecta

Concede nobis dñe qs presidia milicie cristiane scīs inchoare ieiuniis ut cōtra spūales nequitias pugnaturi cō tinentie muniamur auxiliis. Alii per dñm dicatur. Levate. et dicat. Memento homo quia cinis es et in cinerem rever teris. Iterū cantatur antiphona.

Iuxta vestibulum et al ta re plo rabunt et di cent parce domine parce populo tu o et ne dissipes ora clamantium ad te do mine

Inmutemur habitu in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante domi num qui a multum misericors et di mittere peccata no stra de us noster

Ad processionē dicatur ℟ Paradisi portas ℟ Emendemus in melius ℣ In ieiunio et fletu. In introitu eccl'e ℟ de patrio. Collecta de cōte cū ps miserere. Cum hiis miserere mei d's. pr nr. Precibus.

Misereris

Pro peccatis et neglig. Dñe non secundum peccata nostra fac. Adiuva nos d's salutaris. Collecta Pietate tua. Sequitur letania. Offm misse.

Misereris omnium domine et nichil odisti eo rum que fecisti dissimulans peccata hominum propter penitentiam et parcens il lis quia tu es do minus de us no ster

Miserere mei deus mise.

et demo nio meridia no
Cadent a late
re tuo mil le et decem mi
lia a dextris tuis tibi au
tem non appropinquabit
Quoniam ange lis suis manda
uit de te ut custodiant te in
omnibus uiis tuis In mani bus
porta bunt te ne unquam offen
das ad lapidem pedem tuum
Super aspi dem et basilis cum
ambula bis et conculca
bis leo nem et draco
nem Quoniam in me spera
uit liberabo eum
protegam e um quoniam cognouit
nomen meum Inuocabit me et
ego exaudiam eum eum
ipso sum in tribulatione Eripi
am e um et glorificabo eum

B

VIII

longitu dine die … rum ad impleb[o] … tendam illi salutare me

Obumbrabit tibi dominus et sub pen nis eius spera bis scuto circumda bit te ue ritas eius

Secreta

Sacrificium quadragesimalis initii sollempniter immolamus te domine deprecantes ut cum epularum restrictione carnalium a noxiis quoque uoluptatibus temperemur.

Scapulis su is obumbrabit tibi et sub pennis eius spe rabis scu to circumdabit te ueritas eius

Post comonem.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et uetustate purgatos in mysterii salutaris faciat transire consortium.

Feria ii. offitium

Sicut oculi ser uorum in manibus domino rum

… nostri ad dominum

In illo tempore: Ductus **Secundum math[eum]** est ihesus in desertum a spiritu ut temptaretur a diabolo: et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit: Et accedens temptator dixit ei: Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant: Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo: quod procedit de ore dei: Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum supra pinnaculum templi et dixit ei: Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te et in manibus tollant te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: Ait illi ihesus rursum: Scriptum est: non temptabis dominum deum tuum: Iterum assumpsit eum dyabolus in montem excelsum ualde: et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum: et dixit ei: Hec omnia dabo tibi: si cadens adoraueris me: Tunc dixit ei ihesus: Vade sathanas. Scriptum est enim: dominum deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei.

Offertorium

et mulieres que plangebant et lamentabantur
[eum.] Conversus autem ad illas ihesus [dixit: Filie ihe-
rusalem] nolite flere super me: sed super vos ipsas
flete et super filios vestros. quoniam ecce venient di-
es in quibus dicent beate steriles et ventres que
non genuerunt et ubera que non lactaverunt. Tunc
incipient montibus dicere cadite super nos.
et collibus operite nos. Quia si in viridi ligno
hec faciunt. in arido quid fiet. Ducebantur
autem et alii duo nequam cum eo ut interficerentur
Et postquam venerunt in locum qui vocatur
calvarie ibi crucifixerunt eum: et latrones u-
num a dextris et unum a sinistris. Ihesus autem
dicebat: Pater dimitte illis: non enim sciunt
quid faciunt. Dividentes vero vestimenta
eius miserunt sortes. Et stabat populus ex-
spectans et deridebant illum principes cum
eis dicentes: Alios salvos fecit se salvum fa-
ciat si hic est christus dei electus. Illudebant
autem ei et milites accedentes. et acetum offe-
rebant illi dicentes: Si tu es rex iudeorum
salvum te fac. Erat autem et superscriptio scripta
super illum litteris grecis: et hebraicis et la-
tinis. Hic est rex iudeorum. Unus autem
de his qui pendebant latronibus: blasphema-
bat eum dicens: Si tu es christus: salvum fac temet
ipsum et nos. Respondens autem alter increpa-
bat eum dicens: Neque tu times deum quod in ea-
dem dampnatione es. Et quidem nos iuste nam
digna factis recipimus: hic vero nichil ma-
li gessit. Et dicebat ad ihesum: Domine memen-
to mei dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi
ihesus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in
paradyso. Erat autem fere hora sexta: et tenebre fac-
te sunt in universa terra usque in horam nonam
Et obscuratus est sol: et velum templi scissum
est medium. Et clamans ihesus voce magna
ait: Pater in manus tuas commendo spiritum
meum. Et hec dicens exspiravit. Videns
autem centurio quod factum erat glorificavit deum

dicens: vere hic homo iustus erat. Et omnis tur-
ba eorum qui simul aderant ad spectaculum
istud et videbant que fiebant percutientes
pectora sua revertebantur. Stabant autem
et omnes noti eius a longe: et mulieres que
secute fuerant eum a galilea hec videntes.
Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio
vir bonus et iustus: hic non consenserat
consilio et actibus eorum ab arimathia civitate
iudee: qui expectabat regnum dei. Hic accessit
ad pylatum et petiit corpus ihesu: et depositum involvit
sindone et posuit eum in monumento ex-
ciso in quo non-
dum quis-
quam posi-
tus fuerat. Off.

Domine exau di

oracio nem me am et clamor me

Secreta. Purifica nos misericors deus ut ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes fiant expiatis mentibus gratiores. Communio.

us ad te per ve niat

Potum meum cum

fletu tempera bam quia elevans alli

sisti me et e go sicut fenum arui tu

autem domine in eternum perma

neus tu exurge ns misereberis s on

quia uenit tempus miserendi e ius

Largire qs sensib; nris: Post commun:
Omnipt ds ut per tẽpale filii tui mor
tẽ quã hec mistia ueneranda testatur: uitã
nob ppetuã dedisse cõfidamus. Per eũd. In ppl:
Respice dñe qs s hãc familiã tuã pro
qua dñs nr ihc xpc n dubitauit
manib; tradi nocentiũ et c tis subire
tormentum: Qui tecũ: Feria quinta cene
dñi offm: Nos autẽ gliari: Glã in excelsis
nõ decitur nisi ubi crisma cõficitur: Colla.
Deus a quo et iudas reatus sui penam
et cõfessionis sue latro premiũ sumpsit
concede nobis tue ppiciacõis effcm. ut sicut
in passione sua ihc xpc dñs nr. diusa utriq;
intulit stipendia meritor. ita nob ablato ue
tustatis errore resurrectõis sue gratiam lar
giatur: Qui tecum
Fres. Conuenientib; nob in unũ: iam nõ
est dñicam cenam manducare: Unus
quisq; enim suã cenã psumit ad manducãdum
et alius quidem esurit: alius autẽ ebrius
est: Nuqd domos nõ habetis ad mãducan
dũ et bibendum. aut ecctam dei cõtepni
tis. et cõfunditis eos qui n hñt: Quid di
cã nob: laudo uos: in h n laudo: Ego enim
accepi a dño: quod et tradidi nobis: qm
dñs ihc in qua nocte tradebatur: Acce
pit panẽ. et grãs agẽs fregit et dixit: Ac
cipite et manducate: Hoc est corp meũ
quod p nobis tradetur: hoc facite in me
am commemoratõne: Similr et ca
licẽ. postq̃ cenauit dicẽs: Hic est ca

XIIII

lix noui testamentũ in meo sanguine
hoc facite quo[...]betis in
commemoratõne: Quotiescq; mãducabi
tis panẽ hũc et calicẽ bibetis: mortẽ dñi
annunciabitis donec ueniat: Itaq; qui
cuq; manducauit panẽ ul biberit cali
cẽ dñi indigne: reus erit corporis et san
guinis dñi: Probet autẽ se ipm hõ et sic de
pane illo edat et de calice bibat: Qui enim
mãducat et bibit indigne iudiciũ sibi mã
ducat et bibit. n diiudicans corp dñi
Ideo inter uos multi infirmi et imbecilles: et
dormiunt multi: Quod si nos metipos di
iudicaremur: non utique iudicaremur: Dum iudicamur autẽ a dño
corripimur ut nõ cũ hoc mundo dãpnemur
Graduale:

Christus factus est pro no bis obe

diens usq; ad mortem mortem

autem crucis V. Propter

quod et deus exaltauit illum

et dedit illi

nomen quod est super omne no



men

Passio dn̄i sc̄d̄ iohan̄e sine titulo et sn̄ salutacōe: Sz anq̄ passio legatur due pue syndones s̄r altare tīr uersū ponatur.

Egressus est ihesus cum discipulis suis trans torrentē cedron ubi erat ortus: in quē introiuit ip̄e et discipli eius: Sciebat et iudas qui tradebat eū locum: q̄r frequenter illuc ih̄c conuenerat cum discipulis suis: Iudas ḡ cū accepisset cohortem et a pontificib; et phariseis ministros: uenit illuc cum lati(er)nis et facib; et armis: Ih̄c itaq; sciens omnia que futura erant super eum processit et dixit eis: Que(m) queritis: Responderunt ei: Ih̄m nazarenū Dicit eis ih̄c: Ego sum: Stabat aūt et iudas qui tradebat eum cum ip̄is: Vt ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum: et ceciderunt in terram: Iterū ḡ interrogauit eos Quem queritis: Ih̄m nazarenum: Respondit ihesus: Dixi uobis q̄r ego sum: Si ergo me queritis: sinite hos abire: Vt impletur sermo quē dixit. q̄r quos dedisti michi: nō pdidi ex eis quēquā: Symon ergo petrus hn̄s gladium eduxit eum: et pcussit pontificis seruum et abscidit auriculam eius dexteram: Erat aūt nomē seruo malcus: Dixit ḡ ihesus petro: Mitte gladiū tuū in uaginam: calicē quē dedit m̄ p̄r non bibā illum: Cohors ḡ et tribunus et ministri iudeor· cōphenderunt ih̄m et ligauerūt eū et adduxerunt eum ad annā p̄mū: Erat aūt socer cayphe: qui erat pontifex anni illius Erat aūt cayphas qui cōsiliū dederat iudeis: quia expedit unū hominem mori pro p̄plo: Sequebatur aūt ihesū Symon petrus

mō uis ut ?

et alius discipulus: Discipulus autem ille erat notus pontifici: et introivit cum ihesu in atrium pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris: Exivit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici: et dixit ostiarie. et introduxit petrum Dixit ergo petro ancilla ostiaria: Numquid et tu ex discipulis es hominis istius: Dicit ille. Non sum: Stabant autem servi et ministri ad prunas quia frigus erat: et calefaciebant: Erat autem cum eis et petrus stans et calefaciens se: Pontifex ergo interrogavit ihesum de discipulis suis et de doctrina eius: Respondit ei ihesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes iudei conveniunt. et in occulto locutus sum nichil: Quid me interrogas: Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis: Ecce hii sciunt que dixerim ego: Hec autem cum dixisset unus assistens ministrorum dedit alapam ihesu dicens: Sic respondes pontifici: Respondit ei ihesus: Si male locutus sum: testimonium perhibe de malo: Si autem bene: quid me cedis: Et misit eum annas ligatum ad cayphan pontificem: Erat autem symon petrus stans et calefaciens se: Dixerunt ergo ei: Numquid et tu ex discipulis eius es: Negavit ille et dixit Non sum: Dicit ei unus ex servis pontificis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam: Nonne vidi te in orto cum illo: Iterum ergo negavit petrus: et statim gallus cantavit: Adducunt ergo ihesum ad cayphan in pretorium: Erat autem mane: Et ipsi non introierunt in pretorium ut non contaminarentur: sed ut manducarent pascha: Exivit ergo pylatus ad eos foras et dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc: Responderunt et dixerunt ei: Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum: Dixit ergo eis pylatus: Accipite eum vos: et secundum legem vestram iudicate eum: Dixe-

XVII

runt ergo ei iudei: Nobis non licet interficere quemquam: ut sermo ihesu impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus: Introivit ergo iterum pylatus in pretorium et vocavit ihesum et dixit ei: Tu es rex iudeorum: Respondit ei ihesus: A temetipso hoc dicis: an alii tibi dixerunt de me: Respondit pylatus: Numquid ego iudeus sum: Gens tua et pontifices tradiderunt te michi: Quid fecisti: Respondit ei ihesus: Regnum meum non est de hoc mundo: Si de hoc mundo esset regnum meum ministri utique mei decertarent: ut non traderer iudeis: Nunc autem regnum meum non est hinc: Dixit itaque ei pylatus: Ergo rex es tu: Respondit ihesus: Tu dicis quia rex sum ego: Ego in hoc natus sum: et ad hoc veni in mundum: ut testimonium perhibeam veritati: Omnis qui est ex veritate: audit meam vocem: Dicit ergo ei pylatus: Quid est veritas: Et cum hoc dixisset iterum exivit ad iudeos et dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam: Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in pascha: Vultis ergo dimittam vobis regem iudeorum: Clamaverunt rursum dicentes: Non hunc sed barrabam: Erat autem barrabas latro: Tunc ergo apprehendit pylatus ihesum et flagellavit: et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. et veste purpurea circumdederunt eum: et veniebant ad eum dicebant: Ave rex iudeorum: Et dabant ei alapas: Exivit iterum pylatus foras: et dicit eis: Ecce adduco eum vobis foras: ut cognoscatis quia in eo nullam causam invenio: Exivit ergo ihesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum: et dicit eis: Ecce homo: Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri clamabant dicentes: Crucifige crucifige eum: Dicit eis pylatus: Accipite eum vos: et crucifigite: ego enim